Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Animalibus libri I-XXVI - Cod. Aug. pap. 11

Albertus <Magnus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Tractatus III

urn:nbn:de:bsz:31-87034

Visual Library

quod dicitur karides et ameo pisces fere
apud principium sue impregnacionis sunt boni et
quando elongabitur tempus impregnacionis quedam sunt
bona et pinguia et quedam non. Id est autem
animal quod vocatur menis apud tempus impregnacionis
est bonum et pingue et in illo tempore figura
ventris eius est rotunda et mas illius generis
est lacior et longior et cum incipit femina in-
pregnari accidit masculus variacio coloris et
fiunt nigri et maculosi diversorum colorum
et tunc non sunt boni ad comedendum et misto sunt
aquibus dicitur capi. Adhuc autem duo sunt
animalia que vocantur facoloco et clavela secundum
casus coloris diversitates. Meris autem mu-
tat colorem secundum tempora, sicut accidit quibusdam
avibus in mutacione pennarum quoniam in vere
est nigrum et in hieme album. Fokiv autem que est
vitulus marinus mutat colorem qui vocatur
abalat hoc est nigrum et efficitur albi co-
loris. Et ideo albi coloris est malus temporibus
veris non tempore et iste solus inter pisces
astaradi hoc est nidum ut dicitur et pulli-
ficat in eo. Medus autem est in vere multum
albus et in estate precipue efficitur nigrum
et hoc videtur apparere malus et eius bran-
chis karathimoz autem est cor bonum sicut me-
nis et labrakoz. Eomes autem habentes corti-
ces sive squamas sunt mali cum pullificant
in maiori parte. Similiter autem glekoz et pis-
ces veteres sunt mali illo tempore et maxime
cochio. Adhuc autem pisces veteres sunt mali
ad saliendum eo quod maior pars humidi pinguis
quod continebatur in ventribus corporis iam dissolutum
est. Pisces autem antiqui cognoscuntur ex ma-
gnitudine et duricia. Nam enim delphes
est corkoz antiquus et pondabat ... talgar
et sua cauda erat duorum cubitorum lata et
unius palme. Adhuc pisces lacunales sunt
boni et pingues post pullificacionem et coitum
et maxime si habuerint multum cibum. Ali-
quam tamen talium piscium mali sunt tempore pul-
lificacionis sicut ille qui dicitur genus et
sibi similes. In omnibus autem maris piscium
mares sunt meliores feminis preter quam in balla-
koz in quibus femina melior est mare. Femina
tamen in hoc pisce non est nisi secundum nomine
dicta quoniam secundum veritatem non habet in membris
secundum distinctionem sed secundum membrorum corporis
solum

Tercius tractatus septimi libri animalium et est tocius digressio declarans causas premissas dictas. Capitulum primum et est digressio declarans divisionem animalium in ea que spirant et in ea que non spirant et que habitant in aqua et que habitant in terra et in media que sunt inter hec

Et quidem a prioribus per-
ypatheticis tradita sunt dicta
et habitudines in locis animalium
ab speciali cause naturalis assignacione,
propter quod rursum oportet ista melius requi-
rere et causam ipsorum reddere naturalem. Hic enim modus
est proprie. Dictum autem est prius quando in libro de lo-
cis et locatis naturalibus dicta sunt quoniam locatum ge-
nerale est suo loco et ideo in ipso habet et generacionem
et salutem. Propter quod quodcumque animal in principio
vite quod est cor talem habet calorem qui
omnis spiritualis est et calidus propter eminentiam
calida hoc necesse est propter aerem inspirare
et pulmone cordis sui ventilabrum constituere
habet qualiter non necesse languet et hec
sunt terrestria in corporis operantes habencia spiritus
calidos et sanguinem quasi tantus spiritus calor
magnus esset sed aqua evaporaret et non
contineret ipsum et dissolveretur statim. Adhuc autem
maxime metheororum humidum est calidum in sub-
stancia magis admixtum et continuatur in sub-
stancia. Propter quod et quecumque talium ex omnibus
operantibus talem sortita sunt calorem necesse
est inspirare et aerem attingere. Est autem
huius caloris causa quoniam ex substancia terrestri com-
posita necesse est nutriri sicut applicatur agrico-
libus dictis solitis et terrestribus. Propter quod
eciam fortem oportet esse calorem digerentem. Et
eius principium omnis digestionis sunt a corde
et in cordibus corporis esse calorem valde intensum
propter quod refrigerante indiget et
temperante instrumento et vehiculo suo quod
est spiritus. Hec igitur causa est quare facta sunt spirancia
ea que spirant et necessarium est ea aerem attin-
gere. Non enim diu manet sine instrumento
et vehiculo eius quod est vitalis vege-
tatibus spirantibus nisi per inspiracionem a-
erem recipit et restauratur. Quecumque autem
corpus habentibus que sunt mollia plurimum et
frigida talem non sunt sortita calorem circa
principium vite sed minorem et ideo refrigerativo

ipsum non potest per substantiam tangens refrigerium facere. Extinguitur enim modicus calor tangente se frigido per substantiam. Est tamen non refrigerans hec ne motus ad magis calor intendat et ideo frigidum est refrigerans talia per qualitatis alterationem et non per substantiam tangens sicut pisces aquam branchiis attrahentes et emittentes quia non per substantiam attingit ad principium vite aerem non potuerunt talia attrahere eo quod aer secundum naturam calorem habet et frigidum quod habet secundum accidens non est adimatum et cito recedit et ideo per medium non potest alterari calorem et si per essentiam tangeret extingueret propter sui in immotione ad principium vite quod est in corde. Sic igitur duplices operationes facte sunt et due complexiones inveniuntur. Una quidem ex duro terrestri indigens calore forti. Et una ex molli pinguescente et constante indigens calore debili. Et calor quod fortis indiget refrigerante quod tangit per substantiam. Calor autem debilis indiget refrigerante per alterationem solum per medium factum in quo medio alteratur frigiditas excellens ad calido tempat ne calorem extinguet. Hec igitur est causa prime diversitatis divisionis animalium in spirantium aerem et spirantium aquam. Si autem quis obiciat quod calor debilis non indiget refrigerante dicemus quod hoc non est. Omnis enim propter contrarietatem compositionis omnis calor actu agens et ideo nisi esset aliquid actionem eius mitigans cito substantiam consumeret. Sic autem diversis animalibus necesse est habitationes corporum et cibos dividi secundum eandem divisionem. Spirantia autem necesse est habitare in terra quia aer spiratus attingit ut terra detur eis locus pro pondus corporum. Aer autem propter minorem vite principium. Quecunque autem attrahunt aquam et emittunt propter pondus quidem suum in terra residet sed locus habitationis eorum est ubi aqua terram attingit. Et facta sunt talia aquatica alia autem terrestria. Cibos autem actu molles complexioni eorum congruentes necesse est habere aquatica quod alias debilis calor non indiget nec animalia substantiam mollem mitentes. Debilis enim calor non influit vitam corpori solido sed vincitur ab ipso et retondit. Et forte calor

penetrat induratum terrestre et liquat molle et humidum propter quam causam actu mollificantur per aquam facta sunt cibus aquaticorum et constantia et dura facta sunt cibus terrestrium. Hec igitur invenitur est causa diverse habitationis et ciborum diversorum animalium secundum hec duo genera. Media vero inter hec necesse est fieri multis modis sicut inter quelibet extrema physica media sunt multa. Cum enim est motus in media physica qui accipit ubique potest factum esse et motum esse et factum in medium tamquam extremum. Hoc autem probatum est in physicis propter quod est natura que per gradus progreditur ab uno ad alterum nullum omnino relinquit mediorum possibilium quod non producat ad esse et speciem aliter enim non compleret omnis potentia materie nec esset completum totius universalis efficiens res naturales in natura. Licet autem sic multa sint media tamen reducuntur ad tres modos vel tres mediorum quorum unus est ratio medii compositionis terrestribus. Et alter est modus et ratio medii proportionis aquaticis. Et tertius est modus et ratio medii per equidistantiam accepti inter utrumque extremorum. Est enim complexio ad ~~utrumque~~ mollitiem complexionantium magis accedens sed in spiritu et calore digestivo aliquo durum habentibus substantiam proportionata et hec quidem caliditatem habebit fortem et substantiam mollem vel proximam molli et caliditas fortis et tardius datur ei propter duo scilicet propter cibi frigiditatem et viscositatem et magnitudinem sui corporis quod debili calore non sufficeret inspirare et penetrare ad vite operationes. Et tale medium delphinus et cete et balena que omnem cibum et habitationem habent in aqua et plures generationem et coitum et in pregnationem sed solum respirationem habent in aere sicut patet per eandem. E contra autem quecunque sunt dure quidem sunt et frigide sicut aves aquatice necesse est habitare in terra propter frigiditatem complexionis cibum requirere magnus et talium melius requiri que frigida sunt et sicca et ex aquis frigiditatem acceperunt naturalem propter quod est melancholia et secundum huius animalia secundum plures indicant et dure carnis et mali nutrimenti esse indicant a pictoribus medicis

et rapine quamquam sint maiora inter ea et sint debilis caloris digestivi emittentia cibum indigestum propter quod etiam sunt multum ~~digestiva~~ voratia sed semper cibum appetentia. Curam enim impendit eis natura ut cibus eorum aquaticus sit ut aque lubricitate mobilis efficiatur in stomacho ipsorum cum calore debili: aliter enim omnino inutilis esset ad nutrimentum: propter quod etiam omnia huius omne fere quod sumunt in cibo aque permiscent. Hec igitur horum ingenia sunt circa animalium cibum. Ea autem que per aquam et terram distancia media sunt valde pauca sunt eo quod contraria per qualitatem et potentiam activorum permixti sunt sicut ostendimus in aliis. Non enim potest esse quod aliquid componatur ex omni modo contrariis secundum equalitatem qualitatis animal vel compositum nec locum haberet nec cibum inveniret. Sunt tamen quedam genera vespertiliorum(?) albarum et quedam genera canum et quedam genera luporum et similium et quorundam animalium que venantur et habitant tam magis quam in terra propter similitudinem complexionis quam habent cum utroque elementorum. Similiter autem compositis videntur esse luter et castor eo quod venantur tam in terra quam in mari. Sed preterea omnia huius animalia magis sunt terrestria quam aquatica licet cibum frequenter in aqua accipiant. Hoc autem accidit propter alteram duarum causarum aut scilicet quia frigida sunt debilem habentia calorem digestivum sicut diximus aut quia similitudinem ad huius aquatica habent secundum complexionem frigida enim animalia frigidis et aquaticis cibantur et delectantur. Multi autem inter ista dictos modos sunt modi mediorum quarum rationem conducens facile est invenire et ideo preterimus illa ad alia festinantes. Si quis autem contra dicta obiciens dicat aves esse levis substantie et ideo elevari in aera et propter hoc debere omnes in molli elemento quod est aqua querere convenienciam(?). Solvemus dicentes quod non omnes aves sunt levis substantie ingenie(?) sed ea que sunt levia sunt duplicis levis substantie: quedam enim sunt in quibus vincit levis substantia super terrestrem et hec sunt plumarum et pennarum et velocis volatus et talia sunt aquatica aliquo modo. Quedam autem sunt in quibus levis substantia est pauca et gravis et frigida multa et talis est compositio aquaticarum avium et ideo accipiunt magnus(?). Quedam etiam sunt animalia in quibus levis est pauca et temperata terrestris multa sicut genera pullorum. Et hec sunt mali volatus sed cibum accipiunt in terra et non in mari. Et hec sunt similiora inter animalia carnes habentia. Hec igitur dicta sunt de animalium cibi divisione et venatione.

Capitulum VIII et est digressio declarans quare unumquodque animalium venatur sibi convenientem et qualiter natura parat ei ad hoc instrumenta

Quia autem cibus omnis animalis attribuitur sibi secundum suam complexionem convenienciam ideo sunt quod animalia venentur ea que similiora sunt sue complexioni compositionis. Ex eisdem enim substantiam generantur et nutriuntur. Et ideo quedam venantur pisces et quedam herbas et quedam semina et quedam sunt sugentia et quedam masticantia cibum. Quecumque enim substantia est aquea constans ex terrestri aqueo pinguescente nutriuntur talibus: et hec sunt aut pisces aut herbe aquose. Quorumcumque autem substantia est aerea levis permixta cum terrestri eo quod terra sit maior pars materie omnium corporum animatorum hec nutriuntur seminibus maxime in aeream et in pinguedine olei infusam habent naturam et ideo talia grues et in talibus delectantur sicut et multa genera avium. Quecumque autem sunt terrestri et calido et humido infusa secundum complexionem libentius hec carnem manducant et carnes venantur. Et quorumcumque est complexio calida et sicca hec etiam calidam et siccam carnem requirunt et si querant alios cibos adiectis hec erit ex necessitate famis quam patiuntur magis animalia propter longum cibi defectum. Hec autem ratio ciborum omnibus aptatur particularibus in omnibus quecumque prosequuntur magis et venantur quod sue complexioni est convenientius. Omnis enim natura desiderat esse sibi in se sed animo destituta et reducta ad inequalitatem et disgratiam tunc enim desiderat contrarium sicut febricitans febre calida et sicca desiderat humidum et frigidum non quidem ut illo nutriatur sed potius ut contrariis passionem faciens reducatur et reformatur corruptis. Secundum igitur desiderium est ad simile complexioni et qualem cibum propter quod etiam Empedocles

dixit omne nutrire simile sibi propter quod
omne animal venatur alterum eo quod est cibus sibi
magis conveniens et si mutatur eo quod est oppo
site complexionis ab ipso oportet duorum alterum ac
cidere aut fortem contrariis quod aut videlicet
alteretur in stomacho per digestionem et efficiatur
simile et tunc commestio erit absque delectatione
aut quod paulatim alterat animal et efficit simile
complexioni cibi et infirmatur et deficit a pri
ma complexione animalibus et corpore complexione sunt
multos sanguineorum (videmus flegmaticos aut
melancolicos fieri ex longo cibo ciborum
Si forte autem accidit contrarium istorum quia licet
a principio cibus qualitate conveniens accipiatur
quia sumuntur in precedente tempore cum deficiunt calor
naturalis per etatem cibi vel mutant suas qua
litates et adeo se alterant corpora ciborum
Secundum autem modum et locum ciborum natura que nunquam
deficit in necessariis parat animalibus organa
cibum accipientia et hinc quidem que sub aqua iuxta
ripam cibum venantur longa crura fecit et
longa colla et rostra ut per crura eva
dere et per colla profundare et per rostrum sub
limo et luto querere possint cibum hiis autem
que longius a terra in aqua venantur pedes fecit
latos ad remigandum eidem et rostra lata
quibus capiant que in superficie aque inveni
untur et alia quidem fecit submergentia alia
autem quorum cibus multum est disparsus vel
armata non sunt longis cruribus aptavit
ad cursum velocitatem Similiter autem est in
aliis in tantum ut etiam dentium aptavit dispo
sitionem modum accipiendi cibum Quorum enim
cibus indiget dilatatione eo quod est confertus
est et multum quatientes hiis partes hiis
fecit omnes rictus magnum et forte et dedit
serrales contactos sicut canibus et leoni
bus et cattis et huiusmodi Quorum autem cibus licet
durus sit tamen comminubilis est ~~et~~ magis quam
lacerabilis hiis qui mono sunt aptavit dentes
anteriores ad mordendum et posteriores ad teren
dum sicut fecit porco et equo et huiusmodi Aliorum
autem corpora multum sunt solida in tantum quod esse os
sa non habent sed loca ossium quasdam cartila
gines habent de humore ciborum magis vivunt
quam de ipsa ciborum ~~materia~~ et hiis non fecit dentes
sed os aptavit quibusdam corpore ad sugendum

sicut murene et sanguisuge Et quibusdam
corpori aptavit aculeum more quo perforat pel
les corporum que sugunt quibusdam autem totum os fecit
et formavit ad sugendum Culices non et tam
fes et apes et zonomia et huius sugit per a
culeum quam portant more murene autem et
similiter et quedam balene genus et huiusmodi toto
ore contrahunt humorem corporum que sugunt ad
suum nutrimentum Et sic facile est videre in omnibus
animalibus tam marinis quam agrestibus sive vo
lent sive ambulent piscibus enim quibusdam
multum per totum os dentes aptavit quibus cito
cibum dividant nec abaque suscipiunt Et hec
sunt quecumque stomachum qui inquiete habent
sicut lucius et quidam alii pisces hec enim animalia
dentibus non dividunt cibum sed vulnerant
multis vulneribus animalia ut in stomachum tra
iecta motibus corporis lesionem non inferat
Et habent magnum virtutem digestivam magnum
enim est in stomacho recipiat et divisione
et alteratione decoctionem non est omnibus avibus quod
animalia rostro venantur sicut sunt aucee maxime
que venantur pisces qui lubrica sunt et teneri non
possunt plano comprimente aptavit rostro denta
ta sunt sicut est falco in serrata ut per ipsum ci
bum retineat et constringant tamquam dentibus
quibusdam autem cuncti quod autem est super terra eruendo
querunt vermiculos aut radices hiis fecit ad
rostra acuta forma sicut avibus quibusdam ad
fecit additamenta cartilaginosa super co
rius oris et nasi sui sicut porcis aut fecit
ungues ad eruendum terram sicut gallinis et
talpis et huiusmodi Ex huiusmodi autem considerantibus fa
cile est invenire omnes causas ciborum et masionum
et instrumentorum que ad cibos accipiendos natura
formavit animalibus

Capitulum 3m et est digressio decla
rans causam quare quedam animalium latent
ad tempus quedam autem mutant locum

Ea vero que dicta sunt de mutatione
locorum animalium apportet ad duos
modos ordinari et reduci qui-
dam enim omnino latent quasi dormientia et in
mobilia et nichil nutrimentum recipientia Que
dam autem de loco transeunt ad locum contemperan
tiorem ubi venantur aerem et horum contra
rias oportet scire causas Dicimus igitur quod sunt
animalium frigida sunt et frigidis contenta et
cum hec valde sunt cutosa et varia sunt

sunt quando eo quod frigiditas inordinatum fecit sibi appetitum et hiemis tempore contrahit ex cibis multos humores superfluos viscosos circa loca digestionis quos calor debilis potest continere et non est potens sufficienter alterare et digerere et consumere superfluitatem, propter quod flauties circa intestina adheret multa et pinguis humor qui est materia boni sanguinis si esset calor qui posset ipsum sufficienter terminare. Querentes autem calidum sunt hiemis tempore intermittere et est ex spisse et viscose pellis quoniam pellis corporis exterior circumdatur humido quod constat coagulatum in cutem et propter pellis huius spissitudinem et viscositatem frigiditas claudit poros et comprimit partes pellis ita quod nichil ex profundo vaporabiliter spirare potest per poros, sed et si quid debili vapore ab interioribus resolvitur reflectitur rursus ad interiora a pelle clausa cuius pori opilati sunt et convertitur in humorem flegmaticum sicut fumus elevatus a fundo olle cooperte que est a debili igne hic cum cooperculo reflexus convertitur in aquam et recurrit in ollam. Convertitur etiam talis exalatio redigens auget flegma naturale et precipue tempore magni frigoris quod et exterius magis constringit poros et immobilitat animalia et prohibet ab ambulatione et tunc inspissatur humor et dictatur digestio et pigrescit desiderium cibi cum sint plene per spissum naturali flegmate quod calor cordis et epatis convertere et dissolvere pro corpore non potest. Eadem autem ratione venescant plene tali humore et sunt membra in quibus ultima celebratur digestio propter quod contingit desiderium ab animali tunc perditur famis videlicet et sitis et pigrities frigoris et pondus capitis superimpleti facit desiderium quietis et dispositionis in latibula ingrediuntur et quiescunt plurima animalium precipue tamen fit hoc in hiis que fructus aut vermes aut araneas aut alia reptencia frigida aut aquatica comedunt cum talia intimata non cito convertuntur in sanguinem sed post in flegma. Et propter diuturnam decoctionem vix redeunt ad sanguinem frigidum et congelatum et est non purpureus sed flegmaticus sanguis, propter quod et pisces plus latent quam aliqua alia animalia et post hec aves et post hec quadrupedia reptilia sed

penna et post hec quadrupedia ambulancia et grandeva sibi ut alii adhuc aliquid et ad hoc multum cooperans quod videlicet sit animal vorax et parum luxurians sicut ursus qui solus inter quadrupedia habet hoc contra sibi similia quia et multum comedit et parum coit. Et causa est quod dormiens quasi superimpletum ebetat calorem quod per digestionem non separat purum quod decidit in semen. Nec movet in vaporem humidum inter tale quo extendantur membra sicut extenduntur in desiderio coitus. Et propter hoc magis pinguescunt talia animalia. Tempus autem est in fine autumpni et principio hyemis quo maxime superimpleta sunt animalia talibus cibis flegmaticis quales diximus. Causa autem quietis est maxime pondus capitis quoniam flegma frigiditate cerebri congelatum gravat caput et claudit et immobilitat organa sensuum. Cuius signum est quod in principio ingressi per mensem huius animalia iacent immobilia et post parum movent aliquando caput et pedes et tandem omnia membra relaxantur ad vigilia et egrediuntur abstinencia autem et fames intendunt calorem ebetatum et hic ex sompno dirigitur ad interius locum digestionis et fit per eum dissolucio humiditatis flegmatice et conversio ad nutrimentum naturalis sanguinis. Et ideo quedam corpora in quibus multa est huius flegmatica humiditas multum impinguantur tempore illo sicut ursus. Quedam autem alia in quibus ista humiditas est pauca et calor acutior marcescunt sicut macerantur hoc ex longo sompno quod sepe et diu dormientium. Quedam etiam corpora sunt que manentes in fine sue quietis pariunt sicut ursa propter quod ignoratur latens partus ipsorum. Ursina concipiens autem ursa ex flegmatica humoris adeo vix formatur productum semen quod ex peccato formacio eius protrahitur usque ad abstinencie tempus precipue ad eandem frigiditatem et replecionem adeo constringuntur meatus per quos purgari debet quod etiam illo tempore vix posset et ideo temperamentum sue cum in fine quod sic ex peccatum formacio partus ex semine generatur si partum in semine. Cetera que quidam putaverunt peccatum quod structuram carnis pariat et post illud ipsum lingua formet in animalis figuram quod tamen nullatenus est verum huius autem

aut completom aut huius hm corpus dis
positis qui latos habet pedes grossum corpus
et valde mobile spissum valde et pellem diligens
fructus in aliud Et de ursis plus quidem quam latet
spatiis in spelunca huius dictum est de animalibus
aut pauce carnes comedentia latet corpore
to multo qui in hyeme latet ad modicum
tempus Et causa est quia autem est pigra et fri
gida propter quod nullius est audacie Et ideo
tamen carnes non commovent venatur lubricos
terre et ranas et hijs flegmaticis semper
implent humore et ideo eo aliquo tempore
latere Egrediantia autem de antris animalia
precipue querunt initium eo quod in desiderium
sibi competent in stomacho sicut est herba
quedam qua quidam allelua vocant allium
et harusspes hac enim herbas egrediens
comedit ursus huius autem causa latet et
egrediens ducit huius aridi quedam propter
desiderii concitacionem Similiter autem et
mus valde quem quidem glirem vocant do
mit eciam quando fovea profunde fiat
et per terra palea et lignis superius coope
at plene inveniuntur in hyeme huius glires
hanneces autem quidem pariuntur hoc idem et
precipue ita quod ego vidi mulierem melancolicam
que sepe sine cibo remansit per xxx dies et
aliquando per xx Et vidi virum melancolicum qui
tristabilis et clausus plus flegmaticus fu
tibus fuit per septem septimanas sed in die
semel aut ~~alteras~~ alternis diebus bibit hau
stum cuiusdam aque tepide frigide aut aliud po
tum non accepit Et ego quidem vidi et spe
tula quibus clausus fuit probavi diligenter
Et referebant in veritate de eodem viro
quod sepe per quinque et quatuor septimanas hoc
facere consuevit latent autem animalia di inter
quedam diucius et quedam brevius secundum quantitatem
et viscositatem fleumatis digerendi et se
cundum calorem digerentis Hec autem est causa
latencie in hyeme tempore quantitatis fleumatis
et pigricie Sunt tamen quedam que in estate
latent in locis frigidis sicut avis dyome
dis Et huius causa est quia sunt caloris pau
cissimi et terrestris valde propter quod
in estate et temperato tempore dissolventur

et morirentur nisi fugerent latentia fri
gidis locis In hyeme autem constante com
pressus corpore colligitur et adunatur calor inter
et tunc apparent Unde in tempore huius autem val
de sunt pauca et sunt brevis vite et pau
ce generacionis propter quod etiam non multum multi
plicantur Hec igitur est causa latitacionis animalium Et
autem quod de loco moventur ad locum animalia sui
motus habet causam quia illa animalia mutant
locum propter duplicem causam aut enim propter
aeris mutacionem aut propter cibum mutant
locum aeris enim qualitas una quibusdam
animalibus convenit et non aliis frigus tamen
constringendo constringente mutant locum se ad ca
lidum spacium hoc enim mutacionem mutant locum
grues et anseres Et tamen mutare volunt lo
cum altissime volant cum flatu venti se
vecte levius mutant et diucius sustineant
volatum Altior enim ventus subtilioris et
nimioris est flatus et convenit semper super in
feriores ventos diucius durando Causas
autem clamoris corporis avium quamvis volant su
perius satis explanavimus Sunt autem aves que
sic mutant locum maxime aquatice aut que
iuxta aquas pascuntur et sunt melancolice
et frigide quas ~~[illegible]~~ vigens frigus
nimis constringeret subtraheret se in principio hyemis
Cum autem flat ventus australis aut appropinquat
estivus est tempore disposicio complexionis calidum ani
malibus et ideo tunc revertuntur se versus aquilonem
et ibi pullificant Cibum autem querunt animalia
quedam et tunc et ad frigore mortificatur
subtrahitur eis cibus in una regione et tunc
se ad aliam sequendo cibum Et ideo mutant
de loco ad locum procedendo versus austrum et
tamen mitigatur frigus plus mitigatur cibus
calidum et tunc revertuntur ad aquilonem Eadem
autem causa est quare moventur de vallibus
ad montes et econverso Ex hijs igitur et pluribus
sunt causa causarum quare locum mutent
et quare latent quodam tempore quedam animalia

Capitulum xm et est digressio decla
rans causam venenacionis animalium diver
sorum

1 Quedam autem sicut supius dictum
est animalia vetustate abiciunt
et renovantur pellis vetus
tatem aut pennas dispon

et quedam remanent in antiquitate sue ge-
nerationis. Et ea quidem que pelle abeunt dicuntur
que nota sunt excepis sunt que carent sanguine
aut modicum valde habent sanguinem. Et sunt ha-
bentia aut squamas in pelle non quidem
sicut pisces sed eas que dicuntur squame punctee
que sunt quasi cortex quedam alba resoluta expellitur
corpus que squame sigillatim defluunt ab eis sicut
ex pelle eius patitur sicut lepra et talia sunt
serpentes et lacerte et cocodrilli et stelliones
et cetera. Et huius aut sunt habentia testam duram
aut mollem sicut sunt cancrorum et ostreorum et ceterorum
genera. Et illa quidem que pellis habent squamositatem
tem punctatam sunt viscose valde humiditatis.
Et humiditas illa est commota ad melanco-
liam naturali et aliquantulum in gibbosa ex pelle
que magis distat a vite principio comburente
sicut accidit in mortificatis macilentis corrupe-
tibus pellem leprosi. propter quod corruptam
pellem deponere est necesse. cum enim continuit
ipsam et erumpit melancolia in ipsam respersa
contrahitur et a carne interiori solvitur et tunc
crescenti humore nutrimenti constante fo-
rinsecus sub ipsius pelle generatur. propter quod
solvitur exterior et deponitur et sic renovatur.
Precipue autem renovationis huius tempus est in fine
latentie talium animalium quod tunc calore solis
magis excitatur et humidum nutrimentale ad
exteriora corporis mittitur quasi corruptam ex-
pellit et quod circumstantis constat in aliam pel-
lem. Modus autem deponendi est a capite inci-
piens eo quod ad caput per spiritus ad loca sensu-
um directos magis de materia punctea trahitur
sicut etiam homo magis habet squamas pun-
cteas in capite quam in alio membro. Solutio quidem
incipit in et per consummationem aut extra ar-
tum transitum per foramen aut rimas totum
in brevi spatio deponitur tamen. Ea autem
que sunt testea sive duram aut mollem habeant
testam nutrimentum habent multum flaticum qui-
dam sed multo terrestri intensum et adustum in-
fectum quod calor adiunctus ex circumstante
frigido aque adussit ita quod in naturam ossium et
membrorum non est quitibile. Et ideo expellitur
a virtute naturali interiori que nata est expellere
superflua et corrupta et evadit extra ar-
tus stando et excitatur quidem primo et decoqui-
tur calido adhuc adiuvente quod adheret principaliter
materie. Secundo autem excitatur et et induratur
a frigido circumstante reprimente et congelante
et tunc superflua fit excitatio eius ab utroque
excitante et induratur et excitatur superficie
separatur ab intrinsecus eveniente humido nutrime-
ntali quod non attrahit ipsum nec ipsum nutrime-
ntale humidum habet poros in ipso per quos in-
grediatur et nutriat ipsum et sic intus hu-
midum circumvolvitur sibi ipsi et contrahit intus
tam aliam. Et primo quidem est sicut membrana
que tunc per se est terminata nichil de humido mit-
tens teste exteriori paulatim excitata solvitur
testa exterior et cadit et sic renovatur animal.
Sed quia de pedibus horum animalium que pedes
habent sunt multi nodi et in dorso nullus cadit
testa a dorso simul toto sed a pedibus per
partes inferiorum. tamen animalia mutant
aliquando organa corporis sicut manus et pedes
cum teste mutatione et hoc non contingit nisi
ex similitudine corporis eorum. Hoc enim contingit quia
virtus radicalis humidi et radicalium membrorum
sunt omnino sicut humidum nutrimentale et materia
carnis eorum propter quod amputata recre-
scunt organa sicut ingreditur et egreditur
caro in eo quod augetur et diminuitur. Sed
oportet scire quod talia animalia raro renovantur in
ventre eorum eo quod in parte superiori que mollia
corpora patiuntur sunt in figitur organa motus eorum.
Et est enim motiva eorum quod est in eis lo-
co cerebri descendens in parte illo. Et
ideo tunc sit sedes nobiliorum virtutum remo-
veri sine periculo non posset propter quod caven-
dum ne ibi fiat renovatio. Secundum autem muta-
tionis avium in pennis est quod aves quidem le-
ves et aeree sunt sibi propter quod est terrestre
nutrimentum avium rarum est et per modum
aeris distensum et divaricatum. Tale autem
nutrimentum plumis habet motum ad superficie
ab interiori et precipue ad superiora dorsi avium.
Et ideo inveniens aves ultimo plumescunt
in ventre et habent in pennas pauciores
et molliores terrestre autem contrarium aeris
qualitatibus contrarie induratur sicut patet in
terrestri fumo qui congelatur in capillos. Mutatio autem
de tempore in tempus induratur tandem infrigi-
datur et contrahitur quod pori in quo infigitur
amplior efficitur quam penna posset implere
et ipsa penna constringitur circa que humore
nutrimentali non fomentata. Et ideo aliud
nutrimentum in corpore avis in alas formatur
et cadunt antiqua. Et huius signum est quod

maxime cadunt in autumpno post multas
aves in mutacione quod accipit post estatem et
non cadunt nisi in antiquis avibus et que iam
pullificaverunt vel ad etatem pullificandi
pervenerunt tunc enim diversimode penne contra-
hunt et excidunt a poris et sic renovantur
penne volatilium animalium fere autem de quadam
ave que residet aput aquas et habet
pennas virides et aput germanos vo-
catur avis glacici que mortua mutat pennas
quod ego expertus sum falsum esse in pluribus
avibus illius generis quam pluries annos reservatis
Signum autem eorum que dicta sunt est quod aves semper
quod aliqua alia alia pruriunt se rostro et
unguibus propter acutum terrestrem vapo-
rem egredientem ad poros pennarum eo
et ipse que sunt in applicate cornus sunt in
suis in humiditate quod tamen totum in squamas
pinnetas convertit et adheret cuidam pene
parietes cutaneas et cadit quando post ex-
citandum aut deponit rostrum vel ungue avis
hec igitur est causa mutacionis et renovacionis a-
vium secundum pennas in unguibus autem et
rostro aves non renovantur sed potius nimis
excrescentes ungues et rostrum amputant
et aptant aut ad venandum aut ad aliud ac-
cipiendum cibum cum enim cornu sunt huius mem-
bra et generantur ex nutrimento aqueo quod pas-
sum est a multo terreo sicco propter quod eciam mol-
lificantur applicata ad ignem et ideo rostrum
avium inveniendum versus caput deficit in quadam
prominencias labiorum crotacas quando videlicet
humidum passum a sicco terreo deficit in huius
carnis tunc enim terreum combustum evolat ad super-
ficiem et facit ibi crocitatem per modum
duorum labiorum Communis enim causa est que est re-
novacionis avium secundum pennas est eadem
causa renovacionis animalium secundum pilos plures
enim ex sicco terreo fumo generantur et contra
ad acerem et cum indurescit et constringitur
et innovatur et in radice non capit nutrimen-
tum et ideo defluit et alii pili ex simili
fumo generantur Aves eciam et pilosa incaci-
dens dicitur quod est horripilacio et hec fri-
gido fit vapore per corpus et pellente
a pelle corporis calidum naturale sicut expellitur
in frigore et rigore febris terciane vel

quartane et tunc a pelle calor naturalis expellitur
per frigus vaporis pellis contrahitur et pori con-
stringuntur et penne et pili qui in poris sunt er-
guntur et hoc vocatur horripilacio et ideo ex-
cuciunt se aves et pilosa post horripilacionem an-
nalosa autem renovantur sicut vespe et
quedam alia pulvilorum mutacionem que induruntur
et solvuntur per eandem causam que induruntur et sol-
vuntur pelles et spolia serpentum et huiusmodi igitur
et huius cognoscet aliquis sufficienter de causa
renovacionis animalium

Capitulum quartum et est digressio declarans
de causa perfectus et defectus animalium et de
causa animalium aliarum mutacionum que acci-
dunt ex locis

Perfectus autem et defectus
animalium similiter autem et immu-
tacio naturalis humoris corporum et
aliorum humorum causatur ex
aere et cibis diversarum terrarum ad quos
aliqui mutantur aut secundum quod humor diu-
cius remanet in corporibus eorum et magis
diu aer enim pertingit in corporibus animalium
per poros in medullas ossium et consterit
et alia membra interiora Et quando fuerit tale
aliquid vaporabilis humoris insicit ad per-
fectum vel defectum plus aliquando corpora ci-
bus et potus ut dicit galienus quoniam cibus
et potus non transit vel pertingit in interiora
animalium corporis nisi digestus et alteratus
aer autem cum eo quod vaporabiliter imperceptum
est ei pertingit ad interiora indigestus et
alterat per qualitatem accidentale vel per formam que
est in ipso propter quod in quibusdam animalibus calidus
et humidus aer movet in eis humidum et
facit ex fumo ipsum moveri et non consumit
et tamen movere relaxat membra et distendit
et sic est causa pinguedinis animalium et propriie
quando cum vento leui austrino quia motus venti
facit fortitudinem ingressus in corpora quando
autem est calidus et siccus aer in quibusdam exsic-
cat humidum superfluum et tunc calor naturalis
efficitur potens movere humidum residuum quod
ante a superfluo humido suffocabatur et sic ca-
lidus et siccus aer in talibus per accidens
est causa pinguedinis et perfectus per se tamen
in aliis que non sunt superflue humida causa est
macici frigidus autem et siccus aer per quod

est clausura pororum quod quos humor evaporans ad intus reflectitur et in mutatum interiora recurrat et humectat. Et propter hoc multis quidem cum pinguedine crassa cum plus pinguedinis est frigidus et humidus pinguibus autem contingit casus cum aliquando sit huiusmodi aeris cum somni et immobilitatis aut forte suffocationis constrictis enim poris et extremitatibus venarum et frigiditate et cumulato calore intus qui evaporare non potest reflectitur ad interiora et tunc suffocat sanguinem et humores qui sic moti cor obruunt et calorem extinguunt. Propter accidens autem huiusmodi acres sunt cum quibusdam macies quorum videlicet pars est humida et multum calida et sic inducit maciem et aliquando defectum mortis ex desiccatione. Et hac de causa diversa quaeritur aeris dispositio ab animalibus qui se removent de loco ad locum. Hac etiam de causa fit in pluribus mutatio humoris accidentalis aut naturalis ad diversas dispositiones. Quando enim animal venenosum exarescit a tenente humore vel frigidante aut venenosum vaporem in ipsum immittente efficitur magis et minus venenosum aut subtilioris aut grossioris veneni. Et subtilius quidem venenum citius pertingit ad interiora et citius necat sed etiam citius consumitur in corpore et facilius recipit medicinam. Grossius autem tardioris est penetrationis et magis difficultatis curae. Et talium toxica ex venenis et aere facile est invenire propter quod etiam in Augusto venenosior dicitur punctura araneae quae calido et sicco aere multo immisso calido a domo solis venenum araneae fit acutius. Idem autem operatur venenum et clima quod iuventus et locus induunt aeris caliditate venenum dissolventem. Fit autem huiusmodi effectus ex sola humoris mora in corpore. Sanguis enim frigidus et indigestus elevatus naturalis humoris calorem et qualitatem per moram in corpore digeritur et fit purpureus et bonus et calidus secundum naturam. Et hoc quidem fit etiam in his quae in animalibus motum humoris consequuntur carnibus sicut ostendit sanguis generatus ex lacticiniis qui per moram in corpore calidus et naturalis efficitur et tunc minuitur aliquis per eius crudum et fleugmaticum emittit sanguinem et qui sanguis abstinet consumitur et decoquitur sanguis

nis et purpureus efficitur et redit ad naturalem calorem. Similiter autem fit omni humore corporis sive sit semen sive venenum sive alius quicumque humor. Et ideo nimis coitivi sunt steriles et abstinentes a coitu semen habent fecundum. Similiter autem lac et butirum generatum ex primis herbis veris tempus magis est vigorosum ex aliis. Ipsum venenum autem etiam aliquando efficitur subtilius ex mora in corpore et ideo serpens subtilius inficit veneno ieiunus quam pransus. Et adhuc subtilius post latentiam quam ante. De his et similibus talis animalium facile est secundum naturam causam scire humorum mutationes.

Incipit liber octavus animalium qui est de moribus animalium secundum quos pertingunt ad invicem. Capitulum primum de accidentibus animae animalium secundum quod participant mores et per ingenium corporum

Habitis his quae ad loca et mansiones et profectus et defectus pertinent animalium, de moribus ipsorum videtur esse dicendum. Mores enim ipsorum licet magis sint reducibiles ad causam naturalem quam mansiones et profectus et loca, tamen non habent principium nisi per modum naturae, propter quod etiam Johannes Damascenus animalia magis agi quam agere dicit, quia agentia sunt ex libertate animae aut ex imaginatione aut cogitatu. Similiter cognitum est quod etiam in his quae sunt unius speciei aut speciei habent mores aut parum valde differentes. Communibus igitur secundum diversitatem speciei animalium animalia valde diversificantur. Sed magis cognoscimus naturam quae est principium operum animalium in parvis quam in magnis. Parva enim eminentiam animae non possunt et non habent tam longam vitam sed cito complementum habent de ipsis cognitio, sed in magnis accipimus maiorem cognitionem operum eo quod per anathomiam scimus membra et per membra cognoscimus de officiis membrorum et per longiorem vitam talium animalium opera ipsorum ultra offeruntur ad complementum. Ex hoc scimus quod in quolibet animali sive parvum sit sive magnum virtutes naturales sunt quibus et opera ipsius et actiones animae et passiones animae dicuntur perficiuntur. Haec autem accidentia sunt quae sunt sive et mores